

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu christi: Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tricesimo quarto: sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno vicesimo tertio: die quinta mensis septembrii indictione octava neapoli: Certum est nos iohannes qui nominatur at testa lepore filio quidem idem iohanni qui nominatur at testa lepore et eumfimia filia quidem iohanni greci hoc est iugales: A presenti die promtissima voluntate: venumdedimus et tradidimus tibi marino consitore filio quidem stephani qui nominatur de presbytero marino et quondam maria iugalium personarum: idest integra una inferiora cella qui dicitur cammunata trinea qualiter salit usque at tectu una cum eodem tectum suum super se: quanque venudedimus et tradidimus tibi et integra terra bacua nostra qui antea domu edificata fuit qui inest parte ibi est coniunta a parte orientis seum et integra distructa super ipsa terra bacua et super trasenda et anditum commune insimul qualiter badit usque at illu parietem commune qui est intus memorata inferiora que tibi venudedimus et intus superiora de petro uterino germano et cognato nostro qui ibi est a parte orientis et in memoratum parietem est arcu commune per qua subtus ipsu arcum badit anditum commune unde quantu ad oc pertinet tibi illut venudedimus: insimul positum vero intus anc civitatem neapolis intus porta et porticum insimul commune qui est iuxta platea publica que nominatur atrense regione nilo una cum aheribus et abspectibus suis et cum quantum at ipsu quod tibi venudedimus pertinet de memorata porta commune et de memoratum porticum et de memoratu anditu insimul comune et cum introitas earum et omnibusque at ipsu quod tibi

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel trentesimo quarto anno di impero del signore nostro Alessio grande imperatore ma anche nel ventesimo terzo anno di Giovanni porfirogenito suo figlio grande imperatore, nel giorno quinto del mese di settembre, ottava indizione, **neapoli**. Certo é che noi, Giovanni detto **at testa lepore**, figlio invero dell'omonimo Giovanni detto **at testa lepore**, e Eufemia, figlia invero di Giovanni Greco, cioè coniugi, dal giorno presente con prontissima volontà abbiamo venduto e consegnato a te Marino Consitore, figlio invero di Stefano detto **de presbytero marino** e della fu Maria, coniugi, per intero la cella al piano inferiore detta stanza con camino **trinea** come sale fino al tetto insieme con il suo stesso tetto sovrastante. Inoltre abbiamo venduto e consegnato a te anche l'integra nostra terra libera davanti alla casa che fu costruita che si trova dalla parte che ivi é adiacente dalla parte di oriente e anche l'integro rudere sopra la stessa terra libera e sopra il vicolo e il passaggio comune insieme come va fino alla parete comune che é dentro l'anzidetto piano inferiore che ti abbiamo venduto e dentro il piano superiore di Pietro fratello uterino e cognato nostro che ivi é dalla parte di oriente, e nella predetta parete vi é l'arco in comune per il quale sotto lo stesso arco va il passaggio comune di cui quanto a ciò é pertinente ti abbiamo venduto, del pari siti invero dentro questa città di **neapolis** dentro la porta e il portico del pari in comune che sono vicino alla via pubblica detta **atrense** nella regione **nilo**, con le sue luci e le parti esterne e con quanto pertiene allo stesso che ti abbiamo venduto della predetta porta comune e dell'anzidetto

venudedimus pertinentibus: pertinente vero nobis ipsum quod tibi venudidimus et alium quod in nostra reserbavimus potestate per comparatum per chartulam comparationis nostra membrana scripta que nobis exinde feci trocta filia quondam petri greci et quondam maria greca iugalium personarum ipsa autem cum consensu et voluntate stephani qui nominatur sitino viri sui: quibus ipsa trocta fuit exadelfa cognata et germana nostra memoratis iugales que vero ipsa chartula comparationis nostra una cum alia una chartula que in ipsa chartula comparationis nostra declarata est nos in presentis tibi ille dedimus et aput te remisimus pro tua heredumque tuorum defensione: etiam et quandoque nobis nostrisque heredibus ipse ambe chartule que aput te remisimus necesse fuerit pro ipsum quod in nostra reserbavimus potestate tuc stati omni tempore tu et heredibus tuis in presentis nobis nostrisque heredibus ille ostendere et mostrare debeatis at relegendum et at fine faciendum ubique nobis nostrisque heredibus pro ipsu quod in nostra reserbavimus potestatem: necesse fuerit asque omni data occasione: et coheret at memorata integra inferiora qui dicitur caminata trinea et at memorata terra bacua et at memorata superiora distructa super se et super ipsu anditum commune quem simul superius tibi venudedimus cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur a parte septentrionis sunt domibus distructis ecclesie sancti camnioni quo modo inter se fundamentun de parietem in suynatu exfinat et a parte orientis est ipsa terra bacua est domu heredes domini iohannis de domino marino seum et ex parte de memorata superiora de memorato petro greco cognato et uterino germano nostro ut inter se memoratum parietem commune exfinat in qua est memoratum arcum commune per qua ingredit memoratum anditum commune unde quantum ad hoc

portico e del suddetto passaggio del pari in comune, e con i loro ingressi e con tutte le cose pertinenti a ciò che ti abbiamo venduto. Invero lo stesso che ti abbiamo venduto e altro che riservammo in nostra potestà appartenente a noi per compera per nostro atto di acquisto scritto su pergamena che dunque a noi fece **trocta**, figlia del fu Pietro Greco e della fu Maria Greca, coniugi, la stessa inoltre con il consenso e la volontà di Stefano detto Sitino mariro suo, la quale trocta fu nipote, cognata e sorella di noi predetti coniugi. Il quale atto nostro di acquisto inisieme con un altro nostro atto che nel nostro atto di acquisto é dichiarato, noi in presente ti abbiamo dato e consegnato per tutela tua e dei tuoi eredi. Però qualora ambedue le carte che ti abbiamo consegnato fossero necessarie a noi e ai nostri eredi per ciò che riservammo in nostra potestà, allora immediatamente in ogni tempo tu e i tuoi eredi le dovete presentare e mostrare in presente a noi e ai nostri eredi per rileggerle e per conseguire il fine dovunque fosse necessario a noi e ai nostri eredi per lo stesso che abbiamo riservato in nostra potestà senza *mancare* alcuna data occasione. E confina con il predetto integro piano inferiore detto stanza con camino **trinea** e con la suddetta terra libera e con l'anzidetto piano superiore diruto sopra la stessa e sopra il passaggio comune che parimenti sopra ti abbiamo venduto con tutte le sue pertinenze, come sopra si legge, dalla parte di settentrione sono le case dirute della chiesa di san Camnione come ora tra loro delimitano le fondamenta delle mura in rovina, e dalla parte di oriente é la terra libera e la casa degli eredi di domino Giovanni **de domino marino** e anche di parte del predetto piano superiore dell'anzidetto Pietro Greco cognato e fratello uterino nostro come delimita tra loro l'anzidetta parete

quod tibi venudedimus pertinet superius tibi illud venudedimus et a parte meridiana est inferiora nostra qui dicitur spoliaturum que in nostra reserbavimus potestatem seu et curticella nostra que in nostra reserbavimus potestate seu et de inferius in ex parte in ipsa meridiana parte est memoratum anditum commune unde quantum ad ipsum quod tibi venudedimus exinde pertinet superius tibi illud venudedimus et aheres desuper curticella . . . . . et a parte occidentis est domu . . . . . qualiter inter se pariete commune exinat: et licentia et potestate abeamus nos et heredes nostris ipsa terra bacua et memorata superiora destructa desuper se et desuper ipsum anditu commune ut super legitur que superius tibi venudedimus sicut superius legitur conciare et edificare et estruere et obstracare seu coprire qualiter ab antea fuit: De qua nichil nobis de hoc quod superius tibi venudedimus cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque personas quod avsit commisimus a nobis aut iam commictimus potestatem: set a presenti die et deinceps a nobis tibi sit venudatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem: queque exinde facere volueritis ut ab odierna die semper in omnibus libera ex ipsum que tibi venudedimus abeatis potestatem: et neque a nobis memoratis iugales neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore nunquam tu memorato marino consitore filio memorati quondam stephani qui nominatur de presbytero marino aut heredibus tuis quod avsit abeatis ex ipsa que tibi venudedimus aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum: nec per summissas personas a nunc et in perpetuis: temporibus: insuper omni tempore nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus ipsa que superius tibi venudedimus cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur

comune in cui è il predetto arco comune per il quale va l'anzidetto passaggio comune di cui quanto pertiene a ciò che a te abbiamo venduto sopra a te lo abbiamo veduto. E dalla parte di mezzogiorno è il piano inferiore nostro detto **spoliaturum** che riservammo in nostra potestà e anche il cortiletto nostro che riservammo in nostra potestà e anche di sotto in quella parte dalla stessa parte di mezzogiorno è il predetto passaggio comune di cui quanto dunque pertiene a ciò che abbiamo venduto sopra a te lo abbiamo venduto e le luci sopra il cortiletto . . . . . e dalla parte di occidente è la casa . . . . . come tra di loro la parete comune delimita. E licenza e facoltà noi e i nostri eredi abbiamo di riparare e costruire e innalzare e pavimentare e coprire come era prima la terra libera e il predetto piano superiore diruto sopra di essa e sopra il passaggio comune, come sopra si legge, che prima ti abbiamo venduto, come sopra si legge,. Di cui dunque niente di ciò che sopra ti abbiamo venduto con tutte le sue pertinenze, come sopra si legge, a noi rimase o riservammo né, che non accada, affidammo o affidiamo ora in potere di qualsiasi altra persona. Ma dal giorno presente e d'ora innanzi da noi sia venduto e consegnato a te e in te e nei tuoi eredi sia dunque la potestà di farne quel che vorrete affinché dal giorno odierno sempre in tutto abbiate libera facoltà per ciò che ti abbiamo venduto. E né da noi predetti coniugi né dai nostri eredi né da persone a noi subordinate in nessun tempo mai tu predetto Marino Consitore, figlio del suddetto fu Stefano detto **de presbytero marino**, o i tuoi eredi, che non accada, abbiate mai qualsiasi richiesta o molestia per lo stesso che ti abbiamo venduto, in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e in perpetuo. Inoltre in ogni tempo noi e i nostri eredi dobbiamo sostenere e difendere in tutto

in omnibus illut antestare et defendere debeamus ab omnes omnes omnique personas hobstendentes tu et heredibus tuis nobis nostrisque heredibus memorate ambe chartule que superius aput te remisimus et . . . . . nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus illut in omnibus antestare et defendere debeamus qualiter superius legitur: propter quod accepimus a te pro ipsu quod tibi venudedimus in presentis in omne decisitione seu deliberatione: idest auri solidos viginti de tari ana quadtuor tari per solidos voni de amalfi diricti et pensanti: Sicut inter nobis conbenit: Quia ita nobis stetit: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tuc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos quatraginta bythianteos: et ec chartula ut super legitur sit firma scriptum per manus Iohanni curialis: qui scribere rogatus per memorata indictione ✠ oc signum ✠ manus memoratis iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi ✠

✠ ego iohannes filius domini petri testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✠

✠ ego leo filius domini leoni testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✠

✠ ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi ✠

✠ Ego Iohannis Curialis: Complevi et absolvi per memorata Indictione ✠.

da tutti gli uomini e da ogni persona, per te e per i tuoi eredi lo stesso che sopra ti abbiamo venduto con tutte le sue pertinenze, come sopra si legge, se tu e i tuoi eredi presentate a noi e ai nostri eredi ambedue gli anzidetti atti che sopra ti abbiamo consegnato e . . . . . noi e i nostri eredi dobbiamo sostenere e difendere ciò in tutto, come sopra si legge, per te e per i tuoi eredi perché abbiamo accettato per lo stesso che ti abbiamo venduto da te in presente, in ogni decisione e deliberazione, vale a dire venti solidi d'oro, ciascun solido di quattro buoni tarenì di **amalfi** diritti e pesanti, come fu tra noi convenuto. Poiché così fu tra noi stabilito. Se poi diversamente facessimo di tutte queste cose menzionate e in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora noi ed i nostri eredi paghiamo come ammenda a te ed ai tuoi eredi quaranta solidi aurei di Bisanzio e questo atto, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del curiale Giovanni a cui fu chiesto di scrivere per l'anzidetta indizione. ✠ Questo è il segno ✠ della mano dei sopraddetti coniugi, che io anzidetto per loro sottoscrissi e gli anzidetti solidi vidi consegnati. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Pietro, come teste sottoscrissi e gli anzidetti solidi vidi consegnati. ✠

✠ Io Leone, figlio di domino Leone, come teste sottoscrissi e gli anzidetti solidi vidi consegnati. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Gregorio, come teste sottoscrissi e gli anzidetti solidi vidi consegnati. ✠

✠ Io curiale Giovanni completai e perfezionai per l'anzidetta indizione. ✠